



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118332

§. 55. Dux Calabriæ a Ferdinandi copiis cæsus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66459)

perisset, longe gratius ab eo, quam a Sæcul. XV.
 Galliarum Rege responsum tulit; Dux A.C. 1462.
 enim pollicitus est, ubi pristinae restitu-
 retur sanitati, se non solum voto suo
 satisfacturum, verum etiam prompto a-
 nimo omnia executurum, quæ Papa
 mandaret. Omnes has adeo speciosas
 pollicitationes effectus fefellit; Pontifex
 tamen gaudio plenus, tam generosam
 Burgundi voluntatem gratam habuit.

§. LV.

*Dux Calabriae a Ferdinandi copiis
 cæsus.*

Post hæc misit Ludovicus Rex, sicut Gobelin in
 Ferrariensi Episcopo promiserat, Ro- Comm. Pii II
 mam legatos, qui in Neapolis Regno ab l. 10 & 11.
 armis desisti peterent. Interea nuntia- Pontan. l. 8.
 tum erat Pontifici, quod Joannes Cala- Paul. Jov.
 briæ Dux apud Trojam Apuliæ urbem in elog.
 magna clade affectus esset, & Princeps
 Tarentinus parta hac victoria ad Ferdi-
 nandum defecisset, quamvis Joannem ad
 hujus belli consilia induxisset, quem ta-
 men nullatenus in Regem proclamari vo-
 luit, ut ulterius ipse solus pro suo arbitrio
 regnum moderari posset. Accepto hoc
 nuncio Pontifex haud amplius de indu-
 ciis agi patiebatur, sed Neapolitani Re-
 gis, cui semper impense favebat, vo-
 luntati cedebat. Quapropter adeo non
 E 2 extin-

Sæcul. XV. A. C. 1462. extinguebantur belli flammæ, ut etiam Andegavensis factio, Picinino ductore celeberrimo plura oppida Ferdinando eriperet; & Papam comperto prospero hujus Belliducis successu, inducias recusasse poeniteret. Verum brevi dejectum Pontificis animum erexit idem Picininus, qui ic̄to cum Ferdinando foedere, illius partes tuendas suscepit, & sua defectione Calabriæ Ducem ad tantas redegit angustias, ut demum exceptis quibusdam exiguis castellis, omnes continentis urbes amitteret, & in Insulam Ænariam secedere compulsus esset. Aliquo tamen post tempore idem Picininus a Ferdinando Neapoli comprehensus, in carcerem detrudebatur, ubi paulopost misere periit, sparso in vulgus rumore, quod in carcere suo fors fallente gressu cadens crus fregerit, eoque vulnere obierit.

Ischia

Platin. in Paul. II.

§. LVI.

Legati a Rege Bohemiæ ad Papam missi.

Cochl. hist. Hussit. lib. 12. Ineunte hoc anno Podiebracius Bohemiæ Rex Romam misit celebrem nonnullorum Bohemiæ Baronum, Doctorum ac Clericorum legationem, cujus Princeps fuit Procopius Rabenstein Cancellarius regni. Podiebracius, cum illius fides Catholicis maxime suspecta esset,